



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Beneficiis Impropriis. Tit. 15

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

ria, cap. fin. de prebend. Plebania, c. fin. Ne Cleric. vel Monachi. sec. ne-  
gat. se immisc. succursus seu auxiliatrices vel addita Ecclesie Matrici; c.  
ad audientiam. de Eccles. edific. Item Monachus in Ecclesia Collegia-  
ta; Gloss. ad c. 2. de judic. in Clem. Panorm. ad c. ex parte. de rescript. Præ-  
bendæ, quando portiones præbendales sunt divisæ & certæ. c. ex parte.  
de concess. præbend. Canonicatus, sed non ubique. Gloss. ad d. Clem. 2. de  
Judic.

*Innominata Beneficia* dicuntur, quæ tantum generali nomine be-  
neficii significantur, vel canoniæ, vel præbendæ. *can. ex multis. §. con-*  
*stitutum. l. qu. 3.*

Inter ea numerantur & ea, quæ possident *Affissi* seu *Affidui* dicti in  
Ecclesiis; *c. pen. de Cleric. non resident.* & qui in minoribus ordinibus  
constituti vocantur *Tituli*; *c. 2. de præbend. & Coadjutoria. c. grandi.*  
*de suppl. negl. Prælat. in 6.*

Vidimus de Beneficiis *Propriis*; Videamus de *Impropriis*.

## TITULUS XV.

### De Beneficiis Impropriis.

#### SUMMARI A.

1. *Beneficia Impropria* 3. *An veniant in materia*  
*odiosa beneficii appella-*  
*tionē.*
2. *Enumerantur.*

**B**eneficia *Impropria* sunt, quæ quandam affinitatem & simili-  
tudinem habent cum *Propriis* & *Veris*; & tamen cum ho-  
rum non habeant notas, non sunt.

Qualia sunt: I. *Coadjutoria*, non habentes subrogatio-  
nem in locum *Coadjuti*: *c. de Rectoribus. cum seqq. de Clerico agrot. &*  
*tot. caus. 7. qu. 1.* II. *Feuda Ecclesiastica*: §. I. *tit. in quib. caus. feud.*  
*amitt. & tit. Qua sit prima caus. Benef. amitt.* III. *Patrimonia Cleri-*  
*corum*, quæ pro Beneficiis supponuntur, & *Ordinandi* dicuntur *Tituli*:

[G] 2 *c. suis*

Titulus  
Beneficiis  
Impropris  
Ecclesiasticis  
IV.

e. tuis questionibus. c. Episcopus. de prebend. IV. Pensiones super Beneficiis: c. quamvis plenissima. 4. eod. in 6. c. ad audientiam. in 2. de rescript. V. Religiosa domus: Clem. quia contingit. de religiof. domib. Clem. per literar. 2. & ibi Gloss. de prebend. VI. Operaria; seu Officia curati Ecclesie fabricam: Dec. inc. de finimus. num. II. de judic. VII. Prestitimonia: Joan. Andr. in c. un. d. rer. permut. in 6. Oldrad. consil. 8. & 140. Dominic. conf. 89. Gomes ad Reg. Cancell. de publicand. resignat. qu. 2. in fin. II X. Capellanix: can. Apostolica. 8. qu. I. Gonzalez. ad res. Cancell. 5. Gloss. num. 5. Perez. de Lara de annivers. & Capellan. lib. 2. cap. I. num. 59. IX. Præceptorix dictæ Sacrorum Militum Commendæ Barbatia ad Clem. causam. col. 51. de elect. X. Beneficia Manualia: un. de Capell. Monach. in 6. c. cum ad monasterium. §. tales. de statu Monachor. c. I. §. fin. de privileg. junct. cum præcepta. dist. 55. XI. Beneficiorum Commendæ: c. nemo deinceps. de elect. in 6. Rotadecis. 244. XII. Beneficia quæ jure Regaliæ dantur: Molinæus ad regul. de infirm. remittant. num. 186. XIII. Quæ Assignata pro labore: c. pen. de prebend. c. I. c. quia nonnulli de magistr. c. cum Martinus. de consitut. c. un. de Synod. can. possessiones. & can. fin. 16. qu. I. XIV. Vicariatus & Officia: Gloss. in d. Clem. 2. de rescript. & tot. tit. de offit. Vicarij. XV. Officia Ecclesiastica non collata in titulum: ut conventualia, elemosinaria, cellararia, sacristix, Gloss. in d. c. II. §. ad hæc. verb. officijs. de statu Monach. custodia; c. I. de offic. Custod. c. I. de officio Sacristæ. thesauraria. & similia.

- 3 In materia odiosa hæc appellatione Beneficii non veniunt. In aliquando nequidem præbendæ, Barbosa post alios tract. de appellat. com. utriusq. Juris significat. appellat. 32. num. 51. nec Officia aut Dignitates Idem Ibid. num. 10. nec Curata, Gigas de Pension. qu. 28. num. 9. Pico Gregor. tract. de Benefic. cap. 6. num. 4. Barbosa Jur. Eccles. Unver. lib. 3. cap. 4. num. 87.